

# Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

## Laibacher Diözese.

Sanctissimi Domini Nostri

**Pii**

Divina Providentia

PAPÆ IX.

### Epistola encyclica

ad omnes Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum  
Ordinarios gratiam et communionem cum Apostolica Sede habentes.

**Pius PP. IX.**

**Venerabiles Fratres!**

Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Saepe, Venerabiles Fratres, in hoc diuturno Pontificatu ad Vos conversi significavimus Vobis, quam grato exceperimus animo argumenta devotionis illius et dilectionis, quas misericordiarum Deus indidit Vobis, ac fidelibus curae vestrae creditis erga Nos et Apostolicam hanc Sedem. Et sane cum inimici Dei civilem ejus ditionem invadere coeperunt, ut tandem, si fieri posset, praevalerent adversus Jesum Christum et Ecclesiam, quae est corpus Ipsius et plenitudo Ejus; Vos Venerabiles Fratres, et christianus populus, numquam destitistis ab iterandis amoris vestri testimoniis, omnibusque adhibendis officiis, quibus Nos in tribulatione Nostra solari possetis. Postquam vero hac ipsa urbe totius orbis catholici capite privati fuimus, et eorum arbitrio commissi, qui Nos oppresserant, Vos una cum plerisque e Dioecesium vestrarum fidelibus ingeminastis preces, crebrisque denunciationibus asseruistis sacrosancta religionis et justitiae jura, quae incredibili proculcantur ausu. Nunc autem, cum novo post S. Petrum eventu, et in Romanorum Pontificum serie prorsus inusitato, sextum et vicesimum attigimus annum Apostolici Nostri ministerii in Romana Cathedra, indicia edidistis adeo illustria gaudii vestri ob insigne hoc beneficium tenuitati



D. 5301300 1319

Slovenska knjižnica

6K ČS

F 7/1871



93013001319,29

Nostrae largitum, et adeo perspicue demonstrastis florentissimam vitam, qua ubique informatur christiana familia, ut profunde commoti fuerimus; votaue Nostra vestris jungentes, novas inde vires duxerimus ad plenum absolutumque triumphum Ecclesiae fidentius expectandum. Contigit autem Nobis acceptissimum, creberrima ubique affluxisse supplicantium agmina ad sanctiora templa, eaque in toto terrarum orbe confertissima redundasse fidelium frequentia, qui una cum proprio Pastore, per publicas preces et sacramentorum usum Deo gratias agebant de beneficio Nobis collato, et instanter ab ipso Ecclesiae victoriam postulabant. Moerorem autem, curasque Nostras non levare modo, sed et in gaudium converti sensit a litterarum vestrarum gratulationibus, obsequiis, votis, a creberrimo fidelium undique confluentium adventu, quos inter plurimi eminebant nobilitate generis, aut dignitatibus ecclesiasticis vel civilibus praestantes, sed fide nobiliores, quique omnes affectu et opere juncti plerisque ex istius urbis et occupatarum provinciarum civibus, huc a dissitis etiam regionibus convolarunt, iisdemque se objicere voluerunt periculis et contumeliis, quibus Nos sumus obnoxii, ut coram testarentur religiosos suos, suorumque concivium erga Nos sensus, Nobisque volumina afferrent, quibus plurima centena millia fidelium ex omni gente, proprio adscripto nomine, Nostri principatus invasionem acerrime configebant ejusque restitutionem a religione, justitia, ipsaque civilitate flagitatam et praeceptam graviter exposulabant. Hac vero occasione stips quoque Nobis solito largior affluxit, qua pauperes simul ac divites occurrere conati sunt factae Nobis inopiae, cui accessere munera multiplicia, varia, nobilissima, splendidumque christianarum artium et ingeniorum tributum relevandae praesertim accommodatum duplici Nobis a Deo concessae potestati spirituali ac regiae; et praeterea copiosa splendidaque supellex sacrarum vestium et utensilium, qua squalori et egestati tot Ecclesiarum undique occurrere possemus. Mirum certe spectaculum unitatis catholicae, quod evidenter ostendit, Ecclesiam universam, licet toto diffusam orbe, gentibusque compactam disparibus moribus, ingenio, studiis, uno informari Dei spiritu; et eo prodigiosius ab ipso confortari, quo furiosius illam insectatur et urget impietas, et quo callidius omnem ipsam humano auxilio destituere conatur. Effusae igitur et maximae Ei gratiae habeantur, qui dum ita dat gloriam nomini suo, per praesentem ipsam virtutis opisque suae demonstrationem afflictas erigit mentes ad spem indubii triumphi. Verum si bonorum omnium datori haec referimus accepta; gratissimo simul animi sensu afficimur in eos, qui se instrumenta praebentes divinae providentiae, Nos omni cumularunt auxilii, solatii, obsequii, devotionis, amoris officio. Sublatis autem ad coelum oculis ac manibus, quidquid hujusmodi impensum est Nobis a Filiis Nostris in nomine Domini Ei offerimus, enixe poscentes, ut communibus eorum votis pro hujus Sanctae Sedis libertate, pro Ecclesiae victoria, pro mundi tranquillitate citius obsecundet, et liberaliter unicuique in coelestibus ac terrestribus illam referat gratiam, quam Nos referre nequimus. Significare profecto peculiariter optarem universis et singulis gratum animum Nostrum, Nostramque testari propensissimam voluntatem; at uberrima ipsa copia officiorum re, scripto, verbis undique oblata id fieri plane non patitur. Ut igitur quod cupimus aliquo modo assequamur, Vos, Venerabiles Fratres, quibus primas sensuum horumce Nostrorum partes deferimus, rogamus, ut eos Clero populoque vestro diserte nuncietis ac aperiatis. \*) Hortamini autem omnes, ut constanter vobiscum

\*) Hos sensus Sanctitatis Suae aperiant animarum pastores populo in oratione, quae praecipua Epistolae hujus encyclicae momenta contineat.

in oratione perseverent animo plane fidenti; nam si oratio justi assidua penetrat nubes nec discedit, donec Altissimus aspiciat, et Christus promisit, adfuturum se duobus in nomine suo conjunctis et consentientibus, Patremque coelestem facturum quidquid ipsi petierint; multo magis profecto Ecclesia universa jugi et unanimi oratione sua assequetur, ut demum, divina propitiata justitia, contritas videat infernas vires, profligatos ac deletos humanae malitiae conatus, pacemque et justitiam reductas in terram. Vos autem quod spectat, Venerabiles Fratres, in hoc praesertim animum intendite et vires, ut arctius semper inter Vos conjuncti confertam veluti phalangem objiciatis Dei hostibus, qui Ecclesiam, nulla unquam vi destruendam, novis adhuc artibus et impetu aggrediuntur; quo facilius et efficacius eorum incursui resistere et eorum agmina fundere possitis. Haec quae vehementissime desideramus et enixe petimus, Vobis totique catholicae familiae toto corde adprecamur; atque interim auspiciem optatissimi eventus, divinique favoris Apostolicam Benedictionem, indubiam praecipue benevolentiae Nostrae, gratique animi testem, unicuique vestrum, Venerabiles Fratres, Cleroque et populo toti singulorum curae commisso ex imo pectore depromptam peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die V. Augusti festo Mariae S. in Exquiliis anno Domini MDCCCLXXI.

Pontificatus Nostri Anno Vicesimosexto.

## **Pius PP. IX.**

---

## **Pius PP. IX.**

### **Ad perpetuam rei memoriam.**

Inclytum Patriarcham Beatum Josephum, quem Deus Omnipotens prae omnibus Sanctis suis purissimum verumque sponsum esse voluit in terris immaculae Virginis Mariae, ac putativum unigeniti Filii sui patrem, quemque ad tam sublimia munera fidelissime implenda gratis prorsus singularibus auxit et abunde cumulavit merito Catholica Ecclesia gloria et honore in coelis coronatum amplissimo prosequitur cultu atque intimo veneratur pietatis affectu. Quamobrem Romani Pontifices Praedecessores Nostri, ut augerent in dies, ac ardentius excitarent in Christifidelium cordibus devotionem et reverentiam erga sanctum Patriarcham, eosque cohortarentur ad Illius apud Deum intercessionem summa cum fiducia implorandam haud omiserunt quoties opportuna esset occasio novas semper ac majores publici cultus significationes eidem decernere. Inter eos memoria repetere sufficiat Praedecessores Nostros felicis recordationis Xistum IV. qui festum S. Josephi inseri voluit in Breviario et Missali Romano, Gregorium XV. qui decreto diei VIII. Maji An. MDCXXI. festum ipsum sub duplici praecepto in universo orbe recoli mandavit; Clementem X. qui die VI. Decembris An. MDCLXX. eidem festo ritum duplicis secundae classis concessit;

Clementem XI. qui decreto diei IV. Februarii An. MDCCXIV. festum praedictum Missa ac Officio integre propriis condecoravit; ac tandem Benedictum XIII. qui nomen Sancti Patriarchae decreto edito die XIX. Decembris An. MDCCXXVI. Sanctorum litiis addi jussit. Ac nos ipsi, postquam investigabili Dei judicio ad supremam Petri Cathedram eveci fuimus, moti tum illustrium Praedecessorum Nostrorum exemplis, tum singulari devotione, qua usque ab adolescentia erga eundem sanctum Patriarcham affecti fuimus decreto diei X. Septembris An. MDCCCXLVII. magno animi Nostris gaudio ad universam Ecclesiam sub ritu duplicis secundae classis extendimus festum Patrocinii ejus, quod jam pluribus in locis speciali hujus Sanctae Sedis indulto celebrabatur. Verum postremis hisce temporibus, in quibus immane ac teterrimum bellum contra Christi Ecclesiam fuit indictum fidelium devotio erga Sanctum Josephum adeo increvit et progressa est, ut omni ex parte ad Nos innumerae ac fervidissimae pervenerint postulationes, quae nuper dum Sacrum Oecumenicum Concilium Vaticanum haberetur, ab omni fidelium coetu et quod maxime interest a plurimis ex Venerabilibus Fratibus Nostris S. R. Ecclesiae Cardinalibus et Episcopis renovatae fuere, quibus flagitabant, ut luctuosis hisce temporibus ad mala omnia propulsanda, quae Nos undique conturbant, efficacius Dei miserationem per merita et intercessionem Sancti Josephi exoraremus Illum Catholicae Ecclesiae Patronum declarantes. Nos itaque hisce postulationibus moti Divino lumine invocato tot ac tam piis votis annuendum censuimus, ac peculiari Decreto Nostrae Sacrorum Rituum Congregationis quod inter Missarum solemnia in Nostris Patriarchalibus Basilicis Lateranensi, Vaticana ac Liberiana die VIII. Decembris elapsi anni MDCCCLXX. immaculatae Conceptioni Ipsius Sponsae sacro publicari jussimus, eundem Beatum Patriarcham Josephum Ecclesiae Catholicae Patronum solemniter declaravimus, Illiusque festum die decimanona Martii occurrens, deinceps sub ritu duplici primae classis, attamen sine octava ratione quadragesimae, in Orbe universo celebrari mandavimus. Et quoniam aequum reputamus, post Nostram declarationem Sancti Patriarchae in Catholicae Ecclesiae Patronum, Ipsi in publico ecclesiastico cultu omnes et singulas honoris praerogativas tribuendas esse, quae juxta generales Breviarii et Missalis Romani rubricas Sanctis Patronis praecipuis competunt, ideo Nos ex consultu Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris tuendis ritibus praepositorum renovantes, confirmantes, atque etiam ampliantes praesentibus Nostris Litteris praefatam dispositionem illius Decreti, mandamus insuper, ac injungimus, quae sequuntur. Volumus scilicet, quod tam in festo Natali Sancti Josephi, quam in alio Ipsius Patrocinii, etiamsi occurrant extra Dominicam diem addatur semper in Missa Symbolum seu „Credo“. Volumus insuper quod in oratione „A cunctis“ quaecumque recitanda erit, adjiciatur semper post invocationem Beatae Mariae Virginis, et ante quoscumque alios sanctos Patronos, exceptis Angelis, et Sancto Joanne Baptista, commemoratio S. Josephi per haec verba „cum Beato Joseph“. Volumus denique ut hoc ipso ordine servato inter Suffragia Sanctorum, quaecumque illa a rubricis praescribuntur, apponatur sequens commemoratio, in honorem ejusdem Sancti Josephi. (Ad Vesperas Antiphona): „Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam — V̇. Gloria et divitiae in domo ejus — Ṙ. Et justitia ejus manet in saeculum saeculi. (Ad Laudes Antiphona): Ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta ut putabatur filius Joseph. V̇. Os justi meditabitur sapientiam. Ṙ. Et lingua ejus loquetur judicium. (Oratio) Deus, qui ineffabili providentia Beatum Joseph Sanctissimae Genitricis tuae sponsum

eligere dignatus es, praesta quaesumus, ut quem protectorem veneramus in terris, intercessorem habere mereamur in coelis.“ Haec volumus mandamus decernentes has litteras Nostras firmas validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium transumptis Litterarum, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die VII. Julii MDCCCLXXI.

Pontificatus Nostri Anno Vicesimosexto.

Loco



Signi

PRO DNO CARD. PARACCIANI CLARELLI

F. PROFILI Substitutus.

Nr. 449.

### Erläuterung der im Diözesanblatte Nr. XXV. kundgemachten Vorschriften

über die Eheschließung der zur militärgeistlichen Jurisdiktion zuständigen Personen, dann über die Matrikulirung der Geburten und Tausen, Trauungen und Leichenbestattungen solcher Personen.

Die k. k. Landesregierung für Krain hat unter dem 21. April 1871, Z. 2691 Nachstehendes anher eröffnet: „Laut hohen Erlasses Sr. Excellenz des Herrn Ministers für Kultus und Unterricht vom 5. April l. J., Nr. 2335 haben sich bei der Ausführung der Vorschrift des k. k. Reichskriegs-Ministeriums vom 26. Mai 1869, Z. 2014 pr., betreffend die Führung der Militär-Geburts- und Tauf-, Trauungs- und Sterbebücher mehrere Zweifel ergeben.

Insbefondere ist die Frage aufgeworfen worden, ob die zum Zwecke der Eheschließung von den Chewerbern beizubringenden Behelfe in dem Falle, wenn ein zur militärgeistlichen Jurisdiktion zuständiger Bräutigam mit einer Civilbraut vor dem Pfarrer der letzteren die Ehe schließt, von diesem oder von dem Militärpfarrer des Bräutigams in Aufbewahrung zu übernehmen seien.

Zur möglichsten Klarstellung des in dieser Beziehung einzuhaltenden Vorganges hat der §. 7 der oben bezogenen Vorschrift durch die Circular-Verordnung des k. k. Reichs-Kriegsministeriums vom 15. Februar 1871, Abtheilung 9, Nr. 6 Näherbestimmungen empfangen, nach welchen derselbe nunmehr so zu lauten hat: „Die an die Parteien nicht zurück zu erfolgenden Trauungs- oder Heirats-Dokumente der Katholiken (katholischen Militärpersonen) werden:

1) wenn die Trauung durch einen Militärpfarrer oder Militär-Kuraten (§. 6) vorgenommen wird, als Belegs- oder Nachweis-Dokumente für den richtig eingehaltenen gesetzlichen Vorgang, bei dem trauenden Militärpfarrer oder Militär-Kuraten aufzubewahren;

2) wenn dieselbe aber in Folge einer Delegation, respektive zugegangener Weisung durch einen Militär-Kaplan geschehen ist, mit dem Matrikel-Extrakte an den zuständigen Militärpfarrer oder Militär-Kuraten zur Hinterlegung in dessen Archiv zu übermitteln sein;

3) gehören die Brautleute verschiedenen Seelsorgern (2 Militär-Seelsorgern oder einem Militär- und einem Civil-Seelsorger) an, so werden die Trauungsakten bei dem Seelsorger deponirt, der die Trauung vorgenommen hat;

4) findet die Trauung (in Folge einer Delegation) vor einem Seelsorger statt, dessen Jurisdiktion weder der Bräutigam noch die Braut in ordentlicher Weise angehört, so sind die Akten von jenem Seelsorger in Aufbewahrung zu nehmen, von welchem die Delegation erflossen ist; dieser aber wird gehalten sein, in der bezüglichen Delegations-Urkunde die Merkmale aller zur gültigen und erlaubten Eheschließung beigebrachten Dokumente zu dem Zwecke ersichtlich zu machen, damit sie von dem trauenden Seelsorger in seine Matrikel aufgenommen werden können.<sup>a</sup>

Zu der in dem eben angeführten Punkte 4 angedeuteten Delegation ist von Seite des k. k. Kultus- und Unterrichts-Ministeriums bemerkt worden, daß in dem Falle, wenn ein der militärgeistlichen Jurisdiktion zustehender Bräutigam die Ehe vor dem Pfarrer der Civilbraut schließt, dieß nach den bestehenden kirchlichen und bürgerlichen Gesetzen in gültiger Weise geschehen könne, ohne daß der Pfarrer der Civilbraut hiezu eine Delegation von Seite des Militär-Seelsorgers des Bräutigams benöthiget. Das k. k. Reichs-Kriegsministerium hat unter dem 15. Februar 1871, Abtheil. 9, Nr. 6 dieser Ansicht beige stimmt, anbei aber es im Interesse der Evidenzhaltung der Militärehen, und in Anbetracht dessen, daß der Civil-Seelsorger nicht immer im Stande sein dürfte, genau zu beurtheilen, ob alle Militär-Trauungs-Dokumente in der Ordnung sind, und überdieß dem Militär-Seelsorger des Bräutigams das Vorrecht zur Vornahme der Trauung nicht abgesprochen werden kann, für angemessen erachtet, daß die bisherige Gepflogenheit, nach welcher es dem Militär-Seelsorger eines Bräutigams, welcher von dem Seelsorger der Civilbraut getraut zu werden wünscht, zusteht, mit dem Verkündscheine auch den Entlassschein auszufolgen, auch fernerhin beibehalten werde, wenn gleich eine gesetzliche Nothwendigkeit hiezu nicht besteht.

Hiernach wird dem Militär-Seelsorger auch fortan obliegen, sich die volle Ueberzeugung zu verschaffen, daß Seitens des Militär-Bräutigams kein Hinderniß der gültigen und erlaubten Eheschließung obwalte, weshalb der Civil-Seelsorger mit dem durch den Militär-Seelsorger nach Vorschrift klausulirten Verkündschein sich zu begnügen und lediglich darauf zu achten haben wird, daß auch Seitens der Civil-Braut sämtliche Erfordernisse der gültigen und erlaubten Eheschließung nachgewiesen werden.

Da jedoch der vorerwähnte, von dem Militär-Seelsorger ausgestellte Entlassschein, nicht die Bedeutung einer Delegation des Civil-Seelsorgers der Braut zur Vornahme der Trauung hat, sondern durch denselben bloß die Sicherstellung der gültigen und erlaubten Eheschließung von Seite des Militär-Bräutigams bezweckt wird, so hat in einem solchen Falle bezüglich der Aufbewahrung der Trauungsbehelfe die Anordnung des oben angeführten, durch die Cirkular-Berordnung des Reichs-Kriegsministeriums vom 15. Februar 1871, Abtheil. 9, Nr. 6 näher bestimmten Punktes 3 des §. 7 der Vorschrift vom 26. Mai 1869 in Anwendung zu kommen.

In Betreff des Nachweises der, von Civil-Seelsorgern an Militär-Personen vollzogenen Funktionen, verfügte die Vorschrift vom 26. Mai 1869 im §. 8 lit. b daß, wenn der Fall einer Taufe, Beerdigung oder Trauung bei einer Militärperson sich auswärts (d. i. an einem Orte, wo weder ein Militärpfarrer noch ein Militär-Kurat seinen Sitz hat) ergeben hat, der Matrikel-Extrakt

von dem betreffenden Truppenkörper (an den derselbe von dem Civilpfarrer, der die Funktion vorgenommen hat, gelangt ist) dem zuständigen Militärpfarrer zugemittelt werde. Und §. 19 der bezogenen Vorschrift verlangte, daß der Civilpfarrer die bei Militär-Personen in Garnisonen vorgekommenen Funktionen in seiner Pfarrmatrikel ersichtlich mache und die Matrikel-Extrakte durch sein bischöfliches Ordinariat, im Wege des Ergänzungs-Bezirks-Kommando's, dem betreffenden Truppenkörper zusende.

Durch die Circular-Verordnung des Reichs-Kriegsministeriums vom 15. Februar 1871, Abtheil. 9, Nr. 6 ist bestimmt worden, daß in dem angeführten Paragraphen 19 der Vorschrift vom 26. Mai 1869 die Worte „durch sein bischöfliches Ordinariat“ zu entfallen haben, wozu von Seite des k. k. Reichs-Kriegsministeriums unter dem 15. Februar 1871, Abtheil. 9, Nr. 6 bemerkt worden ist, daß dem Zwecke, um dessen willen die Matrikel-Extrakte über aktive Militär-Personen an die Truppenkörper gesendet und bei den Militär-Seelsorgern protokolliert werden, nur dann vollends entsprochen werden könne, wenn die Civilpfarrer, dann die Civil-Seelsorger der Heilanstalten angewiesen werden, über jeden vorgekommenen Geburts-, Trauungs- und Todesfall einer im Militärverbande stehenden Person, ohne Ausnahme, eine wortgetreue Matrikel-Abschrift kurz nach der Funktion dort, wo der Truppenkörper in loco ist (unmittelbar ohne Intervention des bischöflichen Ordinariates) an diesen, sonst aber (gleichfalls unmittelbar) an das nächstgelegene Militär-Ergänzungs-Bezirks-Kommando ex officio einzusenden, welches letztere derlei Urkunden nach §. 8 lit. b der Vorschrift vom 26. Mai 1869 dem betreffenden Truppenkörper zur weiteren Amtshandlung zuzumitteln hat.

Bei Offizieren der Reserve, dann bei den in dem bleibenden Ruhestande lebenden Offizieren, Militärbeamten u. s. w. ist auch fernerhin nach den Bestimmungen der Circular-Verordnung des Reichs-Kriegsministeriums vom 22. Dezember 1868, Präs. Nr. 4554, Absatz 22 vorzugehen.<sup>4</sup>

Hievon werden die mit der pfarrlichen Seelsorge und mit der Führung der Matriken betrauten Priester mit dem Beifügen verständigt, daß von den Krankenhaus-Verwaltungen bei der Aufnahme männlicher Kranken jederzeit zu konstatiren, ob dieselben im Militärverbande stehen, und im Falle des Ablebens solcher Kranken von jenen und den Todtenbeschauern auf dem Todtenbeschauzettel der Truppenkörper, dem der Verstorbene angehörte, zu bezeichnen sei.

Ferner wird es den mit der Führung der Matriken betrauten Organen obliegen, die Matriken-Extrakte über alle mit Militärpersonen jeder Art, aktiven Militärlisten, Urlaubern, Reservisten und Landwehrmännern vorgenommenen, in den Matriken zu verzeichnenden geistlichen Funktionen, sogleich nach der Funktion direkt an das **Militär-Ergänzungs-Bezirks-Kommando in Laibach** ex officio einzusenden und die geschehene Einsendung in ihrem Gestionsprotokolle ersichtlich zu machen, um sich nöthigenfalls darüber ausweisen zu können.

Fb. Ordinariat Laibach am 18. August 1871.

## Verordnung der Minister des Innern, der Justiz und des Kultus vom 24. März 1871,

betreffend die Eheschließung großherzoglich baden'scher Unterthanen in Oesterreich.

„Laut einer Mittheilung der großherzoglich baden'schen Regierung sind durch das baden'sche Gesetz vom 5. Mai 1870 über Erleichterung der Eheschließungen die polizeilichen Beschränkungen für die Letzteren beseitigt worden und es werden daher von den großherzoglichen Behörden keine Ehekonsense (Trauscheine) mehr ertheilt.

Dagegen haben nach §. 92 des baden'schen Gesetzes vom 21. Dezember 1869 über die Beurkundung des bürgerlichen Standes und die Förmlichkeiten bei Schließung der Ehe Angehörige des Großherzogthums Baden, welche im Auslande eine Ehe schließen wollen, einen Eheverkündschein und das Eheaufgebot auch im Inlande (d. i. in Baden) zu erwirken. Zur Ausstellung des Verkündscheines, d. i. der Beurkundung über die Zulässigkeit der Ehe sowohl in bürgerlicher, als in öffentlich rechtlicher Beziehung sind die großherzoglichen Amtsgerichte, zur Vornahme des Aufgebotes die Bürgermeister oder deren Vertreter als Beamte des bürgerlichen Standes zuständig.

Da durch die vorstehende Mittheilung die Voraussetzungen der Ministerial-Verordnung vom 9. Oktober 1853, R.-G.-Bl. Nr. 205 entfallen, wird die Bestimmung derselben wonach eine Ehe, welche ein großherzoglich baden'scher Staatsangehöriger hierlands mit einer österreichischen oder was immer für einem anderen Staate angehörigen Unterthanin schließen will, nur dann zu gestatten und die Trauung nur dann vorzunehmen ist, wenn der Bräutigam nachweist, speziell die Bewilligung seiner zuständigen Heimatsbehörde, welche in den Trauungsakten aufzubewahren ist, erlangt zu haben, mit dem Tage der Kundmachung der gegenwärtigen Verordnung außer Wirksamkeit gesetzt.“

Ueber die Tragweite des bezogenen großherzoglich baden'schen Gesetzes vom 5. Mai 1870 hat sich das dortige Ministerium des Auswärtigen in einer an den schweizer'schen Bundesrath gerichteten Note vom 31. Dezember 1870 in nachstehender Weise ausgesprochen: „Durch das Gesetz vom 21. Dezember 1869, die Beurkundung des bürgerlichen Standes und die Förmlichkeiten bei Schließung der Ehen betreffend, sind für das Großherzogthum Baden über die Eheschließung der Badener im Auslande und über die Eheschließungen der Ausländer im Großherzogthum Baden Grundsätze angenommen, welche von den bis dahin geltenden gesetzlichen Bestimmungen wesentlich abweichen. Namentlich wird durch §. 92 dieses Gesetzes bestimmt, daß Ehen, welche im Auslande zwischen Inländern unter sich oder mit Ausländern abgeschlossen werden, nach der in jenem Lande vorgeschriebenen Form gültig abgeschlossen werden. Dabei haben dieselben auch im Inlande den gesetzlich vorgeschriebenen Verkündschein am Orte ihres inländischen Wohnsitzes oder Aufenthalts, und sofern sie Wohnsitz und Aufenthalt im Auslande haben, am Orte ihres letzten ständigen Aufenthalts zu erwirken.

Die Ertheilung des Verkündscheines hat durch die Gerichtsbehörden zu geschehen; dieselbe ist lediglich an die Nachweisung des Vorhandenseins der gesetzlichen Voraussetzungen zum Abschluß der Ehe gebunden, und kann nach Erbringung dieses Nachweises nicht verweigert werden. Ein Ehekonsens von Seiten der Verwaltungsbehörden, welcher bisher erforderlich und dessen Ertheilung mehr oder minder von dem Ermessen dieser Letztern abhängig war, ist nicht mehr

nöthig. Auch ist die bisher in Kraft bestandene Vorschrift, wonach Inländer verbunden waren, zum Abschluß einer Ehe im Auslande die Genehmigung des Heimatsstaats einzuholen, durch §. 101 des erwähnten Gesetzes außer Wirksamkeit getreten. Außerdem hat das Gesetz vom 5. Mai 1870, die Erleichterung der Eheschließungen betreffend, den Grundsatz aufgestellt, daß die Eheschließung vom Gemeindebürgerrecht unabhängig ist, und die entgegenstehenden gesetzlichen Bestimmungen, wonach der Eheschließung der Erwerb des aktiven Bürgerrechts in einer Gemeinde des Großherzogthums in der Regel vorherzugehen hatte, beseitigt.

Ausländer, welche im Inlande (in Baden) sich verhehelichen wollen, sind nach §. 93 des erst erwähnten Gesetzes bezüglich der Fähigkeit, eine Ehe zu schließen, nach den Gesetzen ihres Heimatsstaates zu beurtheilen, und sind verpflichtet nachzuweisen, daß nach den Gesetzen dieses Landes der beabsichtigten Ehe nichts im Wege steht.

Was die von den Ausländern zum Abschluß einer Ehe im Großherzogthum nach §. 93 des angeführten Gesetzes beizubringenden Nachweise betrifft, so muß der Entscheidung der großherzoglichen Gerichte anheimgestellt werden, ob hierunter nur die Nachweisungen des Vorhandenseins der civilrechtlichen oder auch der polizeilichen Erfordernisse der Eheschließung zu verstehen seien.<sup>4</sup>

Ueber die bürgerrechtliche Stellung der Kinder, deren Vater zwar ein Ortsbürgerrecht im Großherzogthum Baden besitzt, die Mutter aber vor ihrer Verpflichtung nicht in den Verband einer baden'schen Gemeinde aufgenommen war, enthält die angeführte Note des großherzoglich baden'schen Ministeriums folgendes: „Nach der früheren Gesetzgebung mußte jeder badische Staatsangehörige zugleich Angehöriger einer politischen Gemeinde des Großherzogthums sein; entweder besaß er angeborenes oder angetretenes, oder durch Aufnahme erworbenes Gemeindebürgerrecht, oder er war einer Gemeinde als Einsasse zugewiesen. Mit dieser untrennbaren Verbindung von Staats- und Gemeindeangehörigkeit im Zusammenhang waren sowohl das Recht der Eheschließung, als der Anspruch auf Armenunterstützung Ausflüsse der Gemeindeangehörigkeit, des Gemeindebürgerrechts, so daß mit der Verhehelichung auch für Frau und Kinder die Gemeindeangehörigkeit begründet war und im Verarmungsfall die Gemeinde, in welcher der Mann das Bürgerrecht besaß, die ganze Familie zu unterstützen hatte.

Diesem Zustande haben die beiden Gesetze vom 5. Mai 1870 über die Erleichterung der Eheschließung und über die öffentliche Armenpflege ein Ende gemacht.

Das erstere Gesetz erklärt das Recht zur Eheschließung für unabhängig von dem Gemeindebürgerrecht. Hiernach ist auf der einen Seite zur Eheschließung der Antritt des angeborenen Gemeindebürgerrechts oder dessen Erwerbung durch Aufnahme nicht mehr erforderlich; auf der andern Seite erwerben Frau und Kinder desjenigen, der sich verhehelicht hat, ohne sein angeborenes Bürgerrecht anzutreten oder sich in eine Gemeinde aufnehmen zu lassen, auch kein Gemeindebürgerrecht mehr. Dagegen sind und bleiben die Frau und Kinder, sofern nur die Ehe rechtlich gültig ist, baden'sche Staatsangehörige nach wie vor.

In dieser letzteren Beziehung ist allerdings auch eine, für das Ausland jedoch unzweifelhaft nur günstige Aenderung eingetreten. Der Kreis der rechtlich gültigen Ehen ist erweitert worden. Während nämlich nach der früheren Gesetzgebung die im Ausland ohne inländische Staatsurlaubniß geschlossene Ehe nicht nur für nichtig erklärt, sondern sogar als Verzicht auf das Staatsbürgerrecht behandelt werden konnte; sind nach dem Gesetz vom 21. Dezember 1869 über die Beurkundungen des bürgerlichen Standes und die Förmlichkeiten bei Schließung der Ehen, die im Ausland zwischen Inländern unter sich oder mit Ausländern abgeschlossenen Ehen gültig, wenn sie nach der in jenem

Land vorgeschriebenen Form eingegangen werden. Der Inländer, welcher im Auslande eine Ehe zu schließen beabsichtigt, ist jedoch verpflichtet, einen Verkündschein und das Aufgebot im Orte seines inländischen Wohnsitzes oder Aufenthalts, und sofern er Wohnsitz und Aufenthalt im Auslande hat, am Orte seines inländischen ständigen Aufenthalts vor Eingehung der Ehe zu erwirken.

Gerade jene hierdurch beseitigten älteren Bestimmungen waren es bekanntlich, welche ausländischen Niederlassungsgemeinden hin und wieder Schwierigkeiten bereiteten.

Die Lösung des Rechts der Eheschließung von dem Gemeindebürgerrechte war indessen nur durchführbar, wenn gleichzeitig die Unterstützungspflicht auf eine andere Grundlage gestellt wurde, was durch das zweite der erwähnten Gesetze vom 5. Mai 1870 in der Weise geschah, daß die Unterstützungspflicht nunmehr durch den Aufenthalt begründet wird, daß neben dieser Verpflichtung des sogenannten Unterstützungswohnitzes der auf dem Gemeindebürgerrechte beruhende Anspruch auf Unterstützung nur in beschränktem Maße fortbesteht, daß in Ermangelung einer verpflichteten Gemeinde die Unterstützungspflicht auf dem Kreisverband ruht und daß die Ehefrauen und die Kinder dem nämlichen Armenverbande zugeschrieben sind, welchem der Mann, beziehungsweise der Vater angehört.

Bei dieser durch die neue Gesetzgebung geschaffenen Lage ist es für die ausländische Niederlassungsgemeinde durchaus gleichgiltig geworden, ob die Frau oder die Kinder eines badischen Staatsbürgers ein Gemeindebürgerrecht im Großherzogthum besitzen; jene Gemeinde erscheint bezüglich der hier in Betracht zu ziehenden Vorkommnisse noch mehr als durch die früher verbrachten Heimatscheine durch die Nachweisung gesichert, daß diese Frauen und Kinder, wie der Mann selbst, badische Staatsangehörige sind, und daß ihnen im Fall der Verarmung die Unterstützung nach Maßgabe des Armengesetzes in Baden gewährt wird.

Dem entsprechend sind denn auch die großherzoglichen Bezirksämter ermächtigt worden, auf Verlangen Urkunden des eben angedeuteten Inhalts auszustellen, und zwar, bis der Gegenstand im Wege der deutschen Reichsgesetzgebung, welcher er künftig anheimfällt, geordnet sein wird, auf unbestimmte Zeit.<sup>4</sup>

---

## Verordnung der Ministerien des Innern und für Kultus und Unterricht vom 5. Juni 1871,

betreffend den zwischen der kaiserlich österreichischen und königlich belgischen Regierung vereinbarten Vorgang bei Mittheilung von Todtenscheinen der beiderseitigen Staatsangehörigen.

Das k. und k. Ministerium des Innern ist mit der königlich belgischen Regierung übereingekommen, daß von den mit der Führung der Matriken (Civilstands-Register) betrauten weltlichen und kirchlichen Funktionären rücksichtlich der in ihrem Sprengel gestorbenen Personen, welche in dem anderen Staate geboren waren oder ihren Wohnsitz hatten, ohne dießfalls ein Ersuchen abzuwarten, unverzüglich und kostenfrei in der in ihrem Lande vorgeschriebenen Form von Amtswegen die Todtenscheine auszufertigen sind, und daß diese Urkunden in Oesterreich an die königlich belgische Gesandtschaft in Wien, und in Belgien an die k. und k. österreichische Gesandtschaft in Brüssel zu gelangen haben.

Den in Oesterreich in einer anderen als in der lateinischen Sprache ausgestellten Todtenscheine ist eine lateinische, von der zuständigen Behörde gehörig beglaubigte Uebersetzung beizuschließen; die in Belgien in vlämischer Sprache ausgestellten Todtenscheine sind mit einer französischen, von der zuständigen Behörde gehörig beglaubigten Uebersetzung zu begleiten.

Demnach werden die mit der Matrikenführung betrauten Personen angewiesen, im Falle des Absterbens eines belgischen Staatsangehörigen den in lateinischer Sprache ausgestellten oder mit einer lateinischen Uebersetzung begleiteten Todtenschein sogleich im Wege der politischen Behörde erster Instanz zum weiteren Verfahren an den Landeschef einzusenden.

Nr. 106.

### Ueberstempelung von Stempelmarken.

Es ist die Wahrnehmung gemacht worden, daß bei der Ueberstempelung der Stempelmarken anstatt der schwarzen jetzt immer mehr die blaue Farbe in Anwendung gebracht wird.

Da diese leptere Farbe jedoch nicht eine gleiche Gefällsicherheit gewährt, so wurde in Folge hohen Ministerial-Erlasses vom 10. Februar 1870, Nr. 4355 die wohllehrwürdige Kuratgeistlichkeit unterm 15. März 1870, Nr. 258 hierauf mit dem Beifügen aufmerksam gemacht, daß zur Ueberstempelung überhaupt nur solche Farben, welche sich schwer aus der Papierfaser entfernen lassen, zu gebrauchen sind.

Zu Folge eines neuerdings dießfalls erlassenen mit Zuschrift der k. k. Landesregierung vom 7. Jänner 1871, Nr. 137 intimirten Erlasses des h. k. k. Ministeriums des Innern vom 30. Dezember 1870, Nr. 18.651 wird hiemit obangezogener hierämthlicher Erlaß mit dem weiteren Beisage in Erinnerung gebracht, daß künftighin nur eine gute Buchdrucker-schwarze zur Obliteration verwendet und die Ueberstempelungs-Abdrücke möglichst rein und leserlich ausgeführt werden sollen, zu welchem Zwecke eine öftere Reinigung der Stampiglien von der eingetrockneten überflüssigen schwarzen Farbe mittelst Benzin und Bürste erforderlich und leicht zu besorgen ist.

Fürstbischöfliches Ordinariat Laibach am 18. August 1871.

Bartholomæus, m. p.

Fürstbischof.

